



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.24. Pœnitentium Carcer.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. totum vitæ interioris profectum a prima  
 A.C. 573. ~~\_\_\_\_\_~~ Mundi fuga usque ad Orationis genus  
 sublimissimum, & perfectissimam Animæ  
 tranquillitatem complectitur. Ubi lo-  
 quitur de Obedientia, exempla narrat,  
 quæ ipse in quodam Monasterio trecen-  
 torum triginta Monachorum sub Abbate  
 consummatæ prudentiæ viro in Ægypto  
 prope Alexandriam viderat, & admira-  
 tus fuerat. In illo Asceterio videre e-  
 rat senes post quadraginta aut quinqu-  
 ginta a tempore Professionis suæ annos  
 simplicitate, qua infantes solent, Præpo-  
 sitis suis obedire. Cavillationes, disce-  
 ptationes, sermones inutiles inde procul  
 amandati. Abbas sæpe summæ perfe-  
 ctionis viros castigabat nulla alia de cau-  
 sa, quam ut in patientia & obedientia  
 exercitarentur, in virtutum semita pro-  
 grederentur, & alii eorum exemplo do-  
 cerentur.

## §. XXIV.

*Pœnitentium carcer.*

U<sup>n</sup>o ab illo Monasterio Milliario erat  
 aliud & minus, quod carcer diceba-  
 tur, in quem Monachi majoris Monaste-  
 rii ultro migrabant, si post suam Profes-  
 sionem graviore culpa se illigassent. E-  
 rat hic locus horridus, caliginosus, lu-  
 ridus, squalidus. Omnia tristitiam &  
 pœnitentiam inspirabant. Nunquam  
 ibi



ibi ignis excitabatur, nunquam vinum, Sæculum VI,  
A.C. 573.  
aut oleum aut aliud obsonium, sed solum  
panem & paucula olera ad refectiorem  
capiebant. Ibi inclusi non ante exhibant,  
quam Deus Abbati revelasset, eorum  
peccata esse dimissa. Ad orationem fer-  
me continuam tenebantur; ut vero ha-  
berent, quo tœdium repellerent, multa  
palmarum folia, ad opus manuum aptan-  
da, ipsis dabantur. Singuli in Cellulis  
erant, aut ad summum bini, iisque vir  
Pietate singulari, cui nomen Isaac, præ-  
erat. Cum S. Joannes Climacus Abba-  
tem rogasset, ut sibi hunc carcerem o-  
stenderet, ibi deinde tribus Mensibus  
moratus est, & de his quæ viderat scri-  
psit in hunc modum:

*Vidi aliquos, qui tota nocte sub cælo  
versati, & stantes, somnum ut poterant  
arcebant, & si somno premerentur, sibi  
ipsis vecordiam exprobrabant. Alii ver-  
sis in Cælum oculis inter gemitus & su-  
spira auxilium flagitabant. Alii liga-  
tis post tergum manibus, vultu in terram  
demisso clamabant, indignos se esse,  
qui Cælum aspicerent, & in Oratione  
sua Deum alloqui non audebant horrore  
conscientiæ turbati. Aliqui bumi seden-  
tes in Cilicio & Cinere faciem inter ge-  
nua condebant, fronte terram pulsabant,  
aut pectus percutiebant, trabentes suspi-  
ria & ejulatus, quos anima secutura vi-*

E 5 *deba-*



Sæculum VI. A. C. 573. *debatur. Aliqui pavimentum fletu suo bumeſtabant, alii querebantur, non ſatis largas fluere lacrymas. Alii in lamenta ſolvebantur quos edere ſolent, qui filios, vel ſibi in hac vita cariffimos ante diem tumulto inferri conſpiciunt. Vidi aliquos quaſi vitæ propriæ immemores, præ dolore ſtupentes & omni ſenſu carentes. Alios ſedentes triftitia obrutos defixis in terram oculis moventes caput, & ex intimo pectore Leonum more rugientes.*

*Pœnitentes in Carcere.*

*Hi ſpe pleni remiſſionem peccatorum ſuorum ardentè poſtulabant, alii humilem Publicanum imitati ſe venia indignos arbitrabantur. Alii orabant, ut in hac vita torquerentur, & in altera Miſericordiam conſequerentur. Plerique urgentibus conſcientiæ ſtimulis dicebant, contentos ſe futuros, ſi Regno Cæleſti privarentur, ſi modo liberarentur a pœnis æternis. (\*) Talia ab his Pœnitentibus audivi,*

(\*) Hæc Propoſitio non eſt in ſenſu ſtrictò accipienda, quia timorem ſervilem olet. Sunt econtra Theologi qui Actum doloris bonum eſſe exiſtimant, ſi quis concepto vehementi horrore peccati commiſſi ſibimet ipſi irascens diceret: vellem damnari, ut perversa mea voluntas puniretur ex merito, & Dei Juſtitie ſatisfieret. Sed nec iſta Propoſitio in ſenſu abſoluto & proprio accipi poteſt, quia damnatio in ſenſu proprio excludit amorem Dei, & charitatis privationem nunquam optare licet.



audivi, quæ rigidos siles ad compun- Sæculum VI.  
 ctionem permovere possent. Scimus, in- A. C. 573.  
 quiebant, omni suppliciorum genere nos  
 dignos esse, & multitudinem debitorum  
 nostrorum non posse delere, etiamsi totius  
 orbis homines ad ea nobiscum deflenda  
 convocavimus. Hoc solum supplices ro-  
 gamus, Domine! ne nos secundum omnem  
 Judiciorum tuorum rigorem, sed secun-  
 dum Misericordiam punias; nam orare  
 non audemus, ut a pœnis plene liberemur.  
 Qua fronte id petere possemus, postquam  
 promissis nostris non stetimus, & prima  
 accepta venia abusi sumus?

Hic ad litteram impleta conspicieban- Psal. 37. &  
 tur, quæ dicit David: Viri curvati & 101.  
 contristati tota die, quorum corruptæ e-  
 rant cicatrices, & qui abjecta corporis  
 cura obliviscebantur comedere panem  
 suum, potum suum cum fletu miscebant,  
 & cinerem cum pane manducabant. Pel-  
 lis eorum tanquam fœnum areseens ossi-  
 bus inbærebat. Non alia ibi audieban-  
 tur verba nisi sequentia aut similia: Væ  
 mihi! Væ mihi! Misericordiam Domi-  
 ne! Misericordiam! da veniam, si possi-  
 bile est. Vidisses aliquorum linguam ar-  
 dentem & ex ore pendentem. Alii sub  
 fervidissimis solis radiis, alii nocte per-  
 frigida, aeris intemperiem sponte tolera-  
 bant. Gustata paululum aqua, ne siti e-  
 morentur, iterum a potu abstinebant.  
 Post-



Sæculum VI. A. C. 573. *Postquam panem arctum comediissent, reliquam partem procul removebant, iudicantes se indignos alimento hominum, qui contra Rationem peccassent. Quomodo igitur inter hos Pœnitentes risui, fabulis, iracundiæ, contentioni, præsumptioni, lætitiæ aut jactantiæ locus esse potuisset? in mentem nunquam veniebat, ut quemquam judicarent. Non eos cura corporis aut cujusquam hujus vitæ negotii impediebat. Nihil præter preces audiebatur.*

Pœnitentes  
Monachi.

*Mortem nunquam non suspiciebant, dicentes: Quid nobis futurum est? Quæ nobis Sententia expectanda? Quis Exitus? Estne veniæ spes super? An oratio nostra ad conspectum Dei penetrare potuit, vel, sicut merebatur, rejecta est? Quæ vis insit orationi nostræ a labiis tam impuris procedenti? An Angeli Custodes nostri ad nos redierunt, ut preces nostras offerant? Tum interrogabat alter alterum: Fratres mei! an quidquam proficimus? An id, quod petimus, obtinebimus? Quis scit, an Dei Justitia flecti se non sinat? Saltem faciamus, quod nostrum est, & pulsemus januam usque ad vitæ nostræ terminum. Curramus, fratres mei! tota virium contentione curramus. Non parcamus carni, causæ omnis mali, ne demum etiam mortem nobis afferat! tales erant sanctorum istorum Pœnitentium sermones.*

Ge-



*Genua eorum occalluerant. Oculi* Sæculum VI.  
A. C. 573.  
*profunde immerfi, genæ lacrymarum de-  
fluentium acrimonia rubebant, nihilomi-  
nus facies erat pallida, pectus contusum  
verberibus, ita ut non nunquam sangui-  
nem expuerent. Non ibi erat lectorum  
usus, non splendidæ vestis, sed centonibus  
laceris sordidis pediculis scatentibus te-  
gebantur reis in ergastulo detentis prope-  
diem capite plectendis, vel Dæmonium ha-  
bentibus haud absimiles. Aliqui Abba-  
tem rogabant, ut eorum colla, manus &  
crura ferreis vinculis insereret, quæ an-  
te ipsorum mortem non solveret. Quan-  
do se morti esse proximos conjiciebant,  
Abbatem obtestabantur, ne corpora sua  
sepeliri permitteret, sed juberet ut Be-  
stiarum cadavera projici, quod ipsis non  
nunquam concedebat, atque etiam Psal-  
morum cantum prohibens omni Exequia-  
rum honore privabat.*

Ex hac S. Joannis Climaci narratione  
discimus, quantum Disciplinæ Monasti-  
cæ & Pœnitentiæ studium sub finem Sæ-  
culi sexti fuerit. (\*) S. Gregorius post  
susce- XII. Ep. 16.

(\*) Hier machet unser Uebersetzer eine Anmer-  
kung, welche nicht unbeantwortet kann gelassen  
werden, ob ich schon nicht behaupten will, daß die  
Art Buß zu thun, welche in diesem Orte üblich  
gewesen, die beste sey. Der Uebersetzer saget: Es  
würde vielleicht vielen von diesen Büssern  
besser



Sæculum VI. susceptum Pontificatum ad eum scribens  
A. C. 573. se ipsius precibus commendavit, eique lecti-

besser an Leib und Seele gewesen seyn, wenn sie in ein Zucht- und Arbeitshaus wären gesteckt, und zu schwerer Arbeit angehalten worden zc. Man ersiehet ja aus dieser Erzählung selbst, daß sie nicht ohne Arbeit gewesen, indem sie Palmblätter zubereitet. Hierauf kömmt der Uebersetzer mit dem alten Schlendrian ausgezogen: Aber worzu kann ein Mensch nicht verleitet werden, wenn er den Satz annimmt, daß er die Vergebung der Sünden GOTT abverdienen könne, . . . und es ihm an einem Lehrer fehlet, der ihm den Weg zur Gnade GOTTES in Christo JESU weist. Der Römischkatholische Satz von der Vergebung der Sünden und dem Verdienste, den ein purer Mensch, wenn er mit der Gnade JESU CHRISTI Buße thut, erhalten kann, ist aus der Schrift tausendmal erwiesen, und kann der Uebersetzer nichts darauf antworten, als das eben so falsche als abgeschmackte: Das war das Verderben. Das ist den Verdiensten JESU CHRISTI verkleinerlich. Welches er in seinem ganzen Werke mit keinem Worte darthut. Uebrigens gründet sich seine Frage auf die weltkündige Lüge; als wenn man in der Römischen Kirche von andern Verdiensten etwas wüßte, als in und durch JESUM CHRISTUM. Endlich heißet es: Daher geräch (ein solcher Büßer) auf einen selbsterwählten Gottesdienst, er folget seiner thörichten Einbildungskraft, und

*taxi*



lectisternia in vicino Hospitio collocanda transmisit. Hæc Epistola ante annum 600. scripta non fuit, & illo anno Joannes adhucdum Dignitate Abbatiali fulgebatur, quam sub vitæ finem dimisit, & substituto Georgio Fratre suo in Eremum se recepit, ibique diem clausit.

Sæculum VI.  
A. C. 573.

## §. XXV.

taxiret die Werke, die er nach eigenem Gefallen gethan um desto höher, je saurer sie ihm geworden . . . ohne dabey auf Gott zu sehen, dessen geoffenbarter Wille allein die Richtschnur guter Handlungen ist. Ein solcher Büßer würde ganz und gar nicht nach dem Sinne und Vorschrift der Römischen Kirche Buß üben. Die wahre Buß besteht in der Herzensbuß. Daß man aber auch äußerliche Bußwerke, welche unser Protestant verwirft, üben könne, und bisweilen solle, hätte er lernen sollen aus den Stellen der heil. Schrift, welche in dieser Beschreibung selbst von dem heil. Joannes Climacus angezogen werden; Es singet ja David Psal. 37. Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingredibaris. Und Psal. 101. Percussus sum ut scænum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Und Versu 10. quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

Herr Uebersetzer! soll das kein geoffenbarter Wille Gottes seyn, wie man Buß üben soll? Aber leyder in dem Vorurtheil seiner Kirche hat er keine Augen die geoffenbarte Wahrheiten zu sehen.